



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Annus Cisterciensis**

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

**Meglinder, Joseph**

**[S.I.], Anno MDCLXXXII.**

2. Junij. 4. Nonas.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45295**

420 ANNI CISTERCIENS.

Ordo Gladiferorum: cuius industria  
multa infidelium millia Christi ovili  
adjuncta, & non exiguus Martyrum  
numerus cœlo adscriptus. Ora pro me,

Militia fidelis. ut in militia sacra, cui nomen dedi, fortius  
& fideliter agam. Id ante omnia pra-  
re, ne mei ipsius insanus proditor, hostibus  
per deliberatum in peccata consensum me  
dedam captivum.

S. BERNARDUS, ser. 6. de divers.

Peccatum delibe- Intentionem & propositum mentis ea  
ratum, solicitudine custodiamus, quâ vitam  
est sui animarum nostrarum volumus custo-  
met vo- lütaria dire. Quoniam istud omnino est pecca-  
damna- tum ad mortem, cum ex consensu &  
tio. deliberatione delinquimus, proprio  
judicio condemnati. Nec ideo sane id  
dixerim, si quis forte delicti hujus sibi  
conscius est: sed ut expavescat præcipi-  
tum, & ciriūs adjiciat, ut resurgat.



2. Junij. 4. Nonas.

Circa SS. Martyres CUPRUNICENSES  
annum in Polonia: qui à Tartaris eam  
1300. regionem repentino incursu devasta-  
tibus

tibus, unā cum aliorum, ad vos con-  
fugientium multitudine, crudeliter e-  
necati estis. Victoriae vestræ memo-  
ria hodierna die Sandomiriæ magno  
populi concursu celebratur. *Docete me*  
*vestram, aliorūque Martyrum memori-*  
*am eo modo recolere, quo Divus Augusti-*  
*nus hortatur, dum ait: ab ijs sanctorum*  
*gaudia in veritate celebrari, qui ipsorum*  
*exempla sequuntur.*

Cultus  
sancto-  
rum

B. MARTINE de Vargas: qui in *Obiit*  
monasterio Petrensi, exuto homine *se-* *hac die*  
*culari, induisti Cisterciensem. Nec te* *anno*  
solum sacra illa vestis ex *veteri homi-* *1446.*  
ne in novum mutavit, sed à te illa per  
totam Hispaniam novum splendorem  
obtinuit. Cùm enim pleraque mona-  
steria, ob deplorandam Commendatæ  
administrationis abominationem, in *Ordinis*  
*teritum spectarent, bonis fortunæ per* *ruina,*  
*hirudines illas direptis, & inter paucas* *Comedæ*  
vero pastore destitutas oves disciplinâ  
in pessimos mores degenerante: utriq;  
miseriæ in remedium ad primam sacri *relega-*  
*Ordinis originem respiciens, illa virtu-*  
tum arma produxisti, quibus in suis  
adhuc initij, ac duorum sæculorum  
incrementis se Cistercium à ruina ser-  
vaverat illæsum. Primum Reformatæ  
militiæ castrum erexit non procul ab  
urbe Toletana in Monte Sion. Inde ex-

plicata signa, Apostolicæ Sedis autho-  
ritate fulgentia, totam paulatim Hi-  
spaniam cum regnis vicinis in eadem

*Institu-* sanctissima fœdera copulavere. Bal-  
*it Con-* theus, seu novæ militiae tessera, erat è  
*grega-* lana candida contextum cingulum: id  
*tionem* tamen supra spinas asperum tibi fecere  
*Hispa-* malevolorum obtrectationes, cùm in  
*nicam*, negotio tam arduo pauci, iisque infir-

mi, suffragarentur, innumeri oblige-  
*magno* rent. At demum generosè superatis  
*labore*, omnibus obstaculis, dubium reliquisti:  
*& fru-* an olim nata, Conditoribus; an perin-  
*etu.* dustriam tuam renata, Reformatori

plus debeat celeberrima his tempori-  
bus Hispanica Congregatio. Tu nōsti,  
*Refor-* ô spiritu & zelo Divino plenissime Refor-  
matio mator, quād multa opus habeam refor-  
*suiipsi-* matione: cui obliuetatur propria voluntas,  
*us.* stipata in veterate consuetudinis malo, &  
suggestionibus maligni hostis. His difficul-  
tibus superandis, te adjutorem imploro.

*Obiit* B. LUDOVICE de Estrada: qui  
*anno* postquam monasterij tui Hortensis re-  
gimen summa cum laude administra-  
visses, ad primam cathedram, & Ab-  
batiale munus Complutensis Accade-  
miæ promotus, doctrinâ, pietate, atq;  
prudentiâ, effecisti, ut te posteri pro  
Fundatore agnoscant. Ab oratione re-  
gressus in publicum, sæpe visus es, di-  
vinæ

vinæ radios è vultu emittere. Eximi-  
am tuam in pauperes charitatem, pro-  
digioso annonæ augmento superi re-  
munerabantur. Parí benevolentiaæ af-  
fectu prosequabaris cujuscunque Insti-  
tuti homines: quod præ alijs experta  
est clarissima Societas JESU, tunc pri-  
mùm orbi innotescens; quam & ab in-  
jurijs verbo ac scripto strenuè vindicâ-  
sti, & exhibitis alijs favoribus haud  
parum promovisti. Ita de omnibus be-  
ne meritus, ad meritam laborum mer-  
cedem, non sinè sanctitatis famà, ex  
hac vita migrâsti. Partem püssimi cordis Chari-  
tui à te supplex peto: illam scilicet, quam tas est  
Dei & proximi charitas tam abunde im- via in  
pleverat. Hæc enim scala est, per quam cœlum.  
(nec alia via patet) ad cœlum scandimus.

S. BERNA RD U S, ser. 12. in Cant.

O beata, quæcunq; es anima sic af- Chari-  
fæcta, sic imbuta rore misericordiaæ, tas per-  
sic affluens pietatis visceribus, sic te fecta.  
omnibus omnia faciens, sic facta tibi  
tanquam vas perditum, ut cæteris  
præsto semper occurras atq; succurras,  
sic deniq; mortua tibi, ut  
vivas omnibus.

— 69 —

3. Junij.